/136

# nouo addite

mensura rerū habentiū ꝑncipium sed non finem. et ponitur pro tempore frequenter. Inde coeuus a um ⁊ coeuulus diminutiuū. i. eiusdē eui tp̄is vel etatis (mittens eos celū) id est ad celū. non ꝙ statim euolauerunt ad celum. sed post passionē dn̄i cum patribꝫ vna primū ascenderunt in celū et ergo (mittēs) id est predestinans eos (regnaturos). id ē triumphaturos ⁊ gauisuros ibidē (ꝑpetim) id est perpetuo

O christi precones clari floresqꝫ martyrū corusci. Et ꝯfessorꝝ insignes gēmule sanctorꝝ. Atqꝫ steriliū in mundo virginū. Clari filioli. dulces pusioli nos iuuate precibꝫ Quos christꝰ innocentē mortē vestram miserās Pro sese maturatam placidus exaudiens Nos regno dignetur

☞ Tūc ibi (O christi. Ista est tercia ꝑs in q̄ dirigit͛ oro ad ipsos innocentes. Et ponūtur plura attributa recōmendatiua eorūdem. Dicēs sic (O clari precones) id ē gloriosi nuncij. Clarus trāsumit͛ ad splendiduʒ fulgore fame ⁊ glorie. et sic ponit͛ ꝓ glorioso. Preco dr̄ nūcius agenda proclamans et qui citare arrestare ⁊ silētia facere solet ꝓ iudicijs. Isti innocentes merito dicunt͛ precones (xp̄i) qr de ip̄o nūciauerūt patribꝫ in inferno. ⁊ famā de ipso fecerūt in mūdo. qr sui occasione tam multi occisi sunt ꝑ herodē infantes (qꝫ) ꝓ et (corusci flores). i. splendidi ⁊ pulcri (martyrū) quasi diceret splendidissimi inter martyres (et insignes). i. electi ⁊ notabiles (gēmule). i. lapides preciosi (sanctorꝝ ꝯfessorum) Metaphora est. sicut eīn gemma antecellit alios preciosos lapides in dignitate. ita pueri isti innocentes ꝑmatuꝫ tenere vident͛ inter ꝯfessores ⁊ virgines. quare seq̄tur (Atqꝫ steriliū) fructū nō ꝓferentiū sed castarū (virginū in mundo). i. in hoc seculo. Et o (clari). i. nobiles (filioli). i. filij parui (dulces pusioli) parui pueri. Pusio puer paruus siue infans dr̄. Inde pusiolus diminutiuū (iuuate nos p̄cibꝫ) scꝫ vestris (quos) scꝫ pusillos (christus miserans). i. cum misericordia et visceribꝫ pijs aspiciens (vestram innocētem mortem maturatā) id est adimpletam ⁊ gustatā (pro sese). i. seipso christo (exaudiens placidus) id est placide benigne ⁊ fauorabiliter (dignetur) dignos faciat ⁊ reputet (nos suo regno) vbi vna cum eo ⁊ sanctis innocentibus possumꝰ perpetue regnare Amen

Laudes christo) De festiuitate paschali est p̄sens sequētia. ⁊ p̄t diuidi in tres ꝑtes. In ꝑma autor hortatur nos ad reddendūʒ xp̄o resurgenti laudem. In sc̄da ostendit qualē se xp̄s exhibuit in assumpta humanitate ante passionē et post. ibi (Ab hoste tentatus) In tercia ꝑte recōmendat diem paschalem. ibi (Hec est dies) Sciē dum ꝙ pascha grecū vocabulū est deductum a greco verbo paschomai id est patior latine. qr hoc tp̄e agnus et christus passus fuit. Sed hebraice phase dicitur. hoc est transitus. quia hoc tp̄e filij israel transierunt ex egypto per mare rubrum liberati a seruitute Pharaonis. Cuius rei



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-821/0271
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG